



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

Pars Secvnda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

S. BONAVENTURÆ

EPISCOPI CARDINALIS,
ALBANENSIS, QVONDAM
totius Ordinis Minorum Generalis
Ministri, Seraphici Doctoris Eccle-
siæ, Speculi disciplinæ ad Nouitios,

PARS SECVNDA.



BRINCIPALI huins opu-
sculi particula expedita, Secūda-
ria hæc pauca epilogat, & sup-
plet quedam, vt qualiter noui di-
scipuli Christi ad Deum, ad se,
ad proximum, & ad res etiam quas aliquando
seruare vel tractare contingit, se habeant: qui-
bus differentiarum iudiciis de sua conuersione
discernant, qualiter denique ipsi ad professio-
nem recepti se gerere debeant, vel breuiter in
aliquibus instruantur.

De ordinatione respectu Dei.

CAP. I.



NT E omnia cor suū per puram
confessionem mūdatur, dignum
Deo habitaculum præparent: illud
excolant, illud exornent: nihil ibi
sordidum vel obscurum; nihil ibi vel ad ho-
ram residere, quòd dilecti sui oculos offendere
valeat, patiantur. Tentationes & cogitationes
malas humiliter & purè confiteri non differāt.
Veretur hostis consilium suum ingerere non
celanti. Providendum est eis, vt qui iam sunt
superni Regis milites annotati, secum omni-
no firment & statuunt, se vsque in finem ei fi-
deliter

Pura con-
fessio cor
mūdatur
Deo faciat
habitaculo
lum.

G

deliter

98 S. BON. SPEC. DISCIP.

*Psalm. 112,
106.*

*In omni-
bus prospe-
ris & ad-
uersis Deo
laudandus.*

*Intentio
actionum
omnium
feratur in
Deum.*

*Recolle-
ctio non
omittenda.*

*Mat. 6, 6
Psalm. 50, 19*

*Psalm. 5, 4
Prov. 8, 17*

*Mat. 16, 9
Psalm. 130, 9*

deliter seruituros: nec ullis ab eorum ceterationibus, tribulationibus & angustiis deinceps recessuros. Iuravi, ait Propheta, & statui, custodire iudicia iustitiæ tuæ. Religionem sanctam, ad quam eos Dominus sua miseratione vocavit, ferventissimo ac fidelissimo studeant amore diligere: & ei tanquam speciosissimæ ac Deo dilectissimæ sponsæ fide inuiolabili adherere, Quæcunque sibi siue prospera siue aduersa contigerint, Deum semper deuotis efferant laudibus, ut siue cespitæt siue cadât, siue aliam quamcunque molestiam seu læsionem incurrât, semper in ipsorum ore resonet diuina laus, semper vel Benedictus Deus, vel Aue Maria, vel aliquid quod ad laudē Dei pertineat, dicant. Et hoc in consuetudinem ducere studeant, nulla vnquam negligentia omittendum. Quidquid speciositatis vel delectabiliratis in creaturis inuenierint, quidquid circa statum humanæ conditionis vel dispositionis acciderit, totū semper assumant in materiam laudis Dei: & de omnibus quæ occurrerint, deuotè studeant cogitare. In ipso suarum omnium operationum initio Dominum inuocare, & suam ad ipsum intentionem dirigere assuescant. Instent orationi frequenter, quæ nouam in horto Domini plantulam fouet, prouehit & confirmat. Discant ergo vna saltem diei vel noctis hora, tempus & orium vendicare: quando ad se reuerfi, mentisquæ cubiculum introgressi, orent in abscondito Patrem suum, & in corde contrito & humiliato vniuersorum Domino familiariter adstent. Manè autem adstabat Propheta Domino: quia qui manè vigilauerit ad Deum, inueniet eum. Subripienda erit carni, & si fortè non semper, sæpe tamen somni requies marutini: cum illa hora Christus resurrexit. Tuac est tempus allidendis ad petram par-

paruulis, mortificandæ carni, & recreando spiri-
 ritui oportunum. Tunc spirituales auicula
 dulcem Deo in cordis organo exhibent melo-
 diam. Ad hæc & aliæ temporis & quietis oportu-
 nitates quæ occurrunt, minimè negligendæ
 sunt. Post horas Canonicas non statim orato-
 rium exeant: sed in oratione aliquantulum
 subsistetes, qualiter opus Dei peregerint cogi-
 tent, an tepidè vel feruenter: & defectus si quos
 ibi commiserint tunc emendè gratiæque de-
 uotionis se offerant infundendæ, quam si Do-
 minus dederit non repellant. Hoc autem in
 omni oratione obseruent, vt quod orantes di-
 cunt, ex animo semper dicant: non enim voci-
 bus, sed rebus agitur apud Deum. Porro qui ad
 orationem est negligens, suæ nimirum ingra-
 titudinis & tepiditatis est testis. Frustra profectus
 virtutum sine oratione speratur. Ad ea
 igitur quæ ad cultum Dei pertinent, magno &
 prompto corde acciogantur. Ad diuinum offi-
 cium audito signo, statim omnibus occupa-
 tionibus omissis accelerèt. Si in lectis fuerint,
 statim surgant, nec vltimum aliquatenus sig-
 num expectent. Oratione namque aliqua vti-
 liter præuenitur officium. Qui sic ex studio
 præuenit, in benedictionibus meretur dulcedi-
 nis, maioris deuotionis & gratiæ ad ipsius
 executionem præueniri. Ecclesiam intraturi,
 manus (si necesse habuerint) lauent. Vestes
 maximè in die, religiosè componant; ne irre-
 uerenter aut indecenter introeant aulam Dei.
 In Ecclesia Deo psallentes, Creatorè suū totis
 viribus cum reuerètia debita laudent. Officiū
 suum in choro & extra, non perfunctoriè qui-
 dem, similesque vt aiunt labijs, sed deuotè sem-
 per & integrè dicere studeant; nec aliam ei oc-
 cupationem admisceant. Cessent manus, oculo-
 rum euagatio reprimatur: vt mens ab exte-
 riori

*Amb. sermo
 43. & li. 5.
 hexam. e.
 12. proponit
 auiculas
 imitandas
 manè sum-
 mo, & ve-
 sperè ante
 somnum
 cantillan-
 tes.*

*Orandum
 ex animo;*

*Officiū
 diuinum
 quam deu-
 otissimè
 persoluendū.*

*Officiū
 diuinum
 quam deu-
 otissimè
 persoluendū.*

riori cura penitus libera, soli valeat Deo vacare. Dies vel hora quæ negligenter officia pertransierit, nequaquam ulterius poterit reuocari: cum præsertim temporis sequentis officium, suam nihilominus diligentiam & deuotionem requirat. Nec sibi de gratuitis orationibus blandiatur, si circa necessarias quæ primo loco habendæ sunt, desidiosi extiterint. Denique iuxta sancti verbum, purè ac semper strenuè debent laudibus diuinis intendere. Purè quidem, vt dum psallunt, nihil aliud cogitèt quàm quod psallunt. Strenuè verò, vt sicut reuerenter, ita & alacriter Deo assistant. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parentet vocibus, non præscindentes verba dimidia, non integra transilientes: nō fractis & remissis vocibus muliebri quiddam, balba de narè sonantes, sed virili (vt dignum est) sonitu & affectu voces sancti Spiritus depromentes. ¶ Reuerentiam in officio honesta corporis dispositio, quæ mentis deuotionem non mediocriter promouet, attestatur. In choro non stent in stallis suis molliter, aut quasi fractis renibus resoluti. Quando post psalmum vel hymnum sanctæ Trinitati reuerentia exhibetur, humiliter & decenter inclinent. Tunc enim tardius surgere, segniter ac difformiter inclinare, vt quando corpore quidem sufficienter demisso, vultus tamen indecenter erigitur, oculis erraticè circumlatis: imperfectè quoque ad memoriam Trinitatis, inclinationis venerationem exsoluere, quasi sit honoris differentia in personis, irreuerentiæ arguit & teporis. Etiam extra chorum stent ad officium, præterquam ad lectiones & officium mortuorum. Specialiter tamen lectionibus planè dictis (de Domina tantum exceptis) irreuerentes & pigros senouerint, si debitas Deo laudes sedendo vel iacent.

*Mem. ser.
47. in Cāt.
in fine.*

*Reuerentia
est opus in
officio di-
uino.*

*in fine
in fine
in fine
in fine*

AD NOVITIOS, PARS II. 107
facendo exsoluant, nisi necessitas evidens cogat. Si quando per viam officium dixerint, etsi non vacat continuè dum illud dicunt ab itinere quiescere, saltem ad collectam præcedentium collectivam, quando omnino tota est in Deum intentio colligenda, in vno sistat loco: imò si tempus exegerit & locus permiserit, cum reuerentia genu flectant, vt in oratione communi totum officium venerentur. Dispositio corporalis honesta, deuotionis prouocat affectum & designat. Non frustra sanctus ^{Sulpit. ep.} Martinus, oculis ac manibus in cælum semper ^{3. ad Basili-} intentus orasse describitur. ^{am sub fist.} Intrinsicos motus gestus exterior attestatur. Quamuis extra conuentum, conuentualis in omnibus disciplinæ non seruetur districtio: in omnibus tamen religiosi operibus, religionis debet vestigium relucere. Debent ergo ad opus Dei corpus honestè disponere: ad collectam & Trinitatis memoriam vel modicum inclinare, ordinem in prosequendo seruare, occupationem & interruptionem vitare. Ad Missas postpositis omnibus, tanto maiori promptitudine ac deuotione ministrent, quanto Deo ibi familiarius seruitur. Calicem & corporalia si tetigerint, reuerenter & mundissimè tractent: manusque post tactum huiusmodi antequam apponant communibus, lauent. Corpus Dominicum recepturi, antè, vt decet, ampliori confessionis, orationis, & tam à cibis quam verbis temperantiæ studio, acceptum Deo satagant hospitium præparare. Infusam autem ob tanti hospitii gratiam, reuerentiâ in gratiarum actione attendant: *Non minor est virtus, quàm quarere parta tueri.*

G 3

De

De ordinatione respectu sui.

CAP. II.

CAETERVM feruorem sanctum, & quandam debent magnanimitatem assumere: vt ad virtutum exercitia strenui ac deuoti, opera bona frequenter supererogare contendat. Tūc enim vitia fideliter extirpata discedunt, si virtutibus cedant. Alioquin vel subsidunt ad tempus eiecta, vel redeunt; nisi virtutes in locis vitiorum quæ fuerint depulsa, successerint.] Non proderit omnia reliquisse, nisi virtutum passibus tota Christum intentione sequamur. Quid iuuat expeditum esse ad cursum, nec currere? exisse ad opus, & operis obliuisci? Non intratibus vineam, sed operantibus merces datur. Et cum in vsu virtutum omnium perfecti esse non valent, in aliqua saltem se studeant specialiter exercere, & illam quanta possunt perfectione obseruare. Feruorem nouitiorum non decent illæ misericordes in seipsis discretionēs, & discretionum dispensationes faciles: quia indulgentiæ suo iudicio non sunt admittendæ, nec tamen recusatæ sunt alieno. A seipso in seipsum, rigida debet esse censura & districta seueritas. Ad regentem vel consulentem, lenis & obediens in omnibus humilitas. Si alterum desit, vel in deside & tepido, non spero cursus perseverantiam, vel in præcipitio timeo ruinam. Sint occultatores virtutū, sicut alij vitiorū.] Non tamē in principio ardua siue multa præsumat, nec sine licentia aliquid notabile attentet: sed à minoribus virtutibus paulatim ad maiores ascendat. Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.] Cōmunem ordinis obseruantiam sequantur: perfectioni in

*Grasp. li. 3.
de vita cō-
temp. c. 3.*

Mat. 20, 8

*In seipsum
rigidum,
in alios
lenem esse
oportet.*

*Seneca lib.
de virtutib.
8. continētia*

Prm. 20, 21

in silentio, & in aliis institutis plenius obtinendis insistant; à qua nec exemplari leuius, vel negligentium aliquorum dissolutione diuertant.

Optima religiosi perfectio, perfectè communia quæque conuenientia seruare. Porro hic religionem offendit, qui religionis violat instituta. Turpis omnis pars, vniuerso suo nõ congruens. Cauet vir constans & honestus, ne consuetudinũ ordinis temerarius violator existat.

In viũto & moribus, nouitatis nota, & singularitatis erit diuersitas fugienda. Ante omnia caueant, ne pro inchoato iam bono subrepat superbia, vt se aliis præferant & se aliquid esse putent. Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur. Exteriorũ gestũ,

disciplinam non negligant. Disciplina ceruicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, frænatur gulam, iram sedat, format incessum.] Sit ergo aspectus verecundus & simplex, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu. Erecto vel discooperato passim capite, manibus dissolutis vel habitu non incedant. Sit eis grata non scurrilitas seu curiosa vrbánitas, sed sancta quædam rusticitas. Salua semper modestia honestatis. Sint ad loquendum tardi, & in voce demissi, & in congregationibus aut seniorum præsentia, vix nisi pro præsentí necessitate vel interrogati loquantur. Non sint disputatores, nec facillè de auditis præsertim seniore præsentè sententient. Stulti sicut sunt in sensu leues, & in verbo præcipientes. Infra tempus probationis cum extraneis, siue religiosi siue alij fuerint, absque licentia & dato sibi focio non loquantur. Religionis initium est linguæ frænũ. Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Rem aliquam, licet par-

Perfectio
summa re-
ligiosi, cõ-
munia per-
fectè ob-
seruare.

Aug. lib. 3.
confess. c. 87.

Superbia
summo pe-
rè fugiendã
nouitijs.

Ber. ep. 119.
ad sophiam
virginem.

Religio-
nis initium,
linguæ
frænũ.

Iacob 1, 26

Extra cō-
mune
refectio-
nem nihil su-
perandum.

Otiādum
nunquam.

Bev. de vita
solitaria ad
fratres de
monte Dei,
capit. 10. c.

nam, sicut acum, siue aliud, occultè, hoc est, si-
ne licentia recipere vel habere, quasi furtum
abhorreant. Superfluitatem in cibis & vesti-
bus, & in aliis quibuscunque constanter despi-
ciant: paupertatem & paritatem quandam in
omnibus quæ ad corpus pertinent amplexan-
tes. Vitiosæ consuetudini viriliter & feruenter
resistant: nec eam in his quæ gulæ vitium sa-
piunt, siue crescere patiantur. Extra commu-
nem refectioem, ad comedendum & biben-
dum vix eos inflectat ipsa necessitas. Sæpe
quod necessitatis esse videtur, est vitij. Ultra
duas vices in die, puerorum seu pecudum mo-
re comedere, potum extraordinariè frequen-
tare, religionis temperantiâ & decorè euidenter
offendit. Quæ rogo religio, quæ paupertas, si
mox vt esuris, mox vt sitis volito pares, satias
appetitū, nec cum vsq; ad statutam horâ scias
cōpescere? Si quando tamē extra horâ exactus
necessitate quis bibit, sedendo & socio præsen-
te id faciat. Non decet vt stando, aut sine teste
bibas. Si plures fuerint, omnes dum bibitur si-
leant: statimque vt biberint surgant cum ali-
qua laude Dei. Reprehē sibilis admodum con-
fabulatio vel mora superflua iuxta potū. Nun-
quam otio torpeant: sed semper aut lectioni,
aut orationi vel officio addiscēdo; aut aliis non
quæ ipsi elegerint, sed quæ iniuncta fuerint
facienda intendant. Spiritum tamen deuotio-
nis, exteriores non exhauriant actiones. Deuo-
tus frater nunquam totus comedat, totus dor-
miat, aut totus in exterioribus occupetur. Sed
siue comedat, siue aliud faciat, sanctū in ani-
mo aliquid semper voluat, vnde spiritus re-
creetur. In somnum quoque iturus, semper
aliquid in memoria secum deferat, in quo pla-
cidè quidem obdormiat: quod nonnunquam
iuuat somniare, & vigilantem excipiens, in
statum

statum hesternæ intentionis restituat.] Lectum intraturus pro diurnis offensis orationem semper aliquam faciat, veniã perat, pectus percutiat; crucisque munitus signaculo, suum Deo spiritum humiliter recommendet, qui à somno surgēs, cū aliquanta se denuo laude cōsignet. Quòd si fortè eum luxuriæ pōpa concusserit, recordetur dilectum suum positum super lectum doloris, & vniuersum stratum eius in carnis infirmitate versatum, hæc dicens in corde suo: Dominus meus pender in patibulo, & ego voluptati operam dabo? Sicque inuocato nomine Saluatoris, & sæpius geminando nomen salutis, cessabit quassatio.]

Ber. in formula honesta vita, in fine.

Psal. 40, 9

De ordinatione circa proximum.

CAP. III.

AD hæc qualiter se habere ad proximum debeât, Hugo docet: Superioribus, inquit, obedientiam, timorem, obsequium & venerationem exhibere debemus: cum æqualibus pacem & concordiam custodire, inuicem obsequio, beneficio & honore præuenire. In omni actione & verbo, superiorem eis locum tribuere: & si quãdo fortassis in aliquo negotio præire eos cogatur, cum omni humilitate & reuerentia, quæ faciendæ sunt non præcipere sed demonstrare: & si eos præcedere cōtingat cum alacritate & deuotione, quasi ex necessitate subiecti, obedire. Inferioribus semper beneficium & auxilium impendere, venerationem nõ exigere, societatem atque æqualitatẽ amare. Maioribus, ait, debemus per timorem subdi, æqualibus per charitatem obsequi, minoribus per æqualitatem cœquari.] Igitur deuoti fratres seniores suos reuerentur vt dominos, diligant vt parentes. Qui præsent in domino,

Ro. 2 in flis monast. ad nouit. c. 50 in initio

Seniores honorandi.

sunt (secundum Apostolum) amplius in caritate habendi. Sanè (iuxta Hugonem) reuerentia sine amore seruilis est: & amor sine reuerentia, puerilis iudicari debet.] Propterea docet sanctus, vt transeunte maiore minor surgat & det ei locum sedendi. Nō præsumat (inquit) minor cōsidere, nisi præcipiat ei senior suus.] Prior hīc ponit conuersio, vel gradus officij seniore[m]; quanquam & ætas sit iuxta legem Domini honorāda. Sic enim scriptum est, Coram cano capite consurge: & honora personam senis.] Discretio tamen cautè pro loco & tempore, ac sine reuerentiæ congruæ detrimento, venerationem modificat. Habendus est modus in omnibus: nec vitiosam quidem superstitionem admittens, nec superstitionis euitandæ prætextu, humilitatis aut morum sanctionem euacuans. Obedientiæ se totos subiciant. Sit homo interior totus Deo, sit exterior totus Prælato subiectus. Quidquid superior eis vel præpositus vel instructor iniunxerit, quasi diuinitus imperatum, statim vt veri obedientiæ filij deuotè adimpleant. Quidquid statutum sit, inuolabiliter seruent; scienterque aliquid transgredi sacrilegium putent: & salutare credant quidquid ille præceperit. Perfecta obedientia est in incipiente maxime indiscreta, id est, nō discernere quid vel quare præcipiatur: sed tantum ad hoc niti, vt fideliter & humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Nouitium prudentem incipientem & sapientem, in cella diu posse consistere, & in congregatione durare, est impossibile. Stultus igitur fiat vt sit sapiēs.] Secure per omnia obeditur, vbi contra Deum nihil præcipitur. Discant ergo voluntates proprias frāgere, alienoq; iudicio & imperio ambulare. Nulla ars, ait sanctus, absq. magistro discitur. Ad illud (inquit) tēdit oratio, vt tuo doceam

1. Tim. 3,

27

Hugo à S.

Victor. ubi

sup. in prin-

cipio cap.

Ben. l. v. c.

cap. 63.

Leuit. 19,

32.

Quidquid

præcipitur

quasi di-

uinitus im-

peratum

seruetur.

Bern. de vi-

ta solitaria

ad fratres

de monte

Dei, ante

med.

1. Cor. 3, 18.

Hieron. t. 1.

ep. 4. ad Ru-

sticum mo-

nachum, in

med.

eam te arbitrio non viuendum, sed viuere de-
 bere in monasterio sub vnius disciplina patris
 consortioque multorum: vt ab alio discas hu-
 militatem, ab alio patientiam: hic te silentium
 doceat, ille mansuetudinem. Non facias quod
 vis: subiiciaris cui non vis. Lassus ad stratum
 venias, ambulāsque dormites: & necdū exple-
 to somno surgere compellaris. Nihil absque
 instructoris cōscientia faciant, vel quocunque
 eant, cui ab aliis etiam superioribus demanda-
 ta sibi significant. In quibus sufficit ipse, sem-
 per eius licentia sint contenti; pro his quæ in-
 ferioris sunt, non passim recurritur ad maio-
 rem. Fratres omnes & seinuicem honore &
 obsequio præuenire, & eorum defectum in of-
 ficiis humilioribus implere, contendant. Se-
 niores fratres versiculos dicere, de lumine ser-
 uire, librum ad officium tenere, vel huiusmo-
 di humilia in choro & extra, quātum in se fue-
 rit non permittant. Omnibus se subiicientes
 humiliter propter Deum. Non quod sibi vtile
 putant; sed quod aliis, amplexantes, omnibus
 libenter obediant, omnibus satisfaciant prout
 possunt: vt in omnibus quibus vitur transito-
 ria necessitas, superemineat quæ permanet
 charitas. Quidquid agunt fidelissimè cum
 diligentia faciant, & tanquam Deo, non quasi
 hominibus seruientes. Nō æstiment alios fra-
 tres, qui diutius in ordine laborauerunt, secum
 ex æquo laboribus occupandos: præsertim cum
 de se humiliter sentientes, piè debeant crede-
 re, quod sancti viri plus Deo placeāt quiescen-
 tes, quàm ipsi quantumlibet laborantes. Eru-
 bescant se nescire, quod in obsequiis religiosè
 est sciendum. Quod igitur nesciunt, statim ex-
 ercizio magistrante addiscant. Sint præcipuè
 ad seruendum communitati promptissimi. Si
 lumen in ecclesia vel in officinis, aut aqua in
 fra-

Sine con-
 sciētia in-
 structoris
 nihil agē-
 dum.

Aug. in de
 gula 6. 39.

Frates ho-
spites cū
caritate
accipiēdi.

Pacem cū
omnibus
habere li-
beralis ani-
mi & bo-
næ con-
scientiæ
iudicium.

Orandum
mox pro
illis qui
preces ef-
ficagant.
sint.

fratrum lauatorio desit; continuo de his & si-
milibus necessitati prouideant. Ad obsequium
aduenientium fratrum, qui sicut Angeli, imò
sicut Christus in eis veniens, sunt suscipien-
di, cum omni deuotione festinent. Et quia
fratribus hospitibus, secundum quod religio-
nis honestas & consuetudo requirit, prius
orandum est, quàm fratribus socientur in pa-
ce, quàm citò ab oratione surrexerint ad eor-
um deosculandas manus, maximè si fuerint
sacerdotes, deuotè occurrant & humiliter ge-
nustectant. Nullum fratrem puro appellent
nomine: nec nisi fuerit patriæ cōsuetudo tui-
sent. Nulli prorsus, quantum in eis est, mate-
riam præstet molestiæ alicuius: sed omnia quæ
necessaria & vilia æstimant, bono pietatis &
charitatis componant. Quid pace honestius
quid vnitate iucundius? aut commodius socia-
litate? quid charitate melius aut pretiosius in-
uenitur? Gloriosissimū quidem & potissimum
liberalis animæ & consciētiae bonæ indicium,
pacem proximi custodire: omnem quantum
possibile est fratrum scandali occasionem vita-
re, verecundari si socium vel per surreptionem
offendis. Si quem aduersum se fratrem mo-
tum vel leuiter senserint, quiescere nesciant,
quousque ipsum humili studuerint satisfac-
tione placare. Ad extraneos si quando proce-
dunt, in verbis eorum, incessu & habitu, mode-
stia fulgeat disciplinæ: breuiter & pauca lo-
quantur, caput decenter operiant, manus abs-
condant, mulieris omnino quantumlibet pro-
pinquæ osculum, & nudæ manus contactum
penitus vitent. Pro personis quæ in domo vel
in via fratrum se orationibus recommendant,
statim post earum abscessum orationem faciāt
specialem. Defunctis fratribus, audito eorum
transitu, quàm citiùs possunt subueniant: &
de-

debitum saltem obsequium solvere nulla occasione postponant. Talia siquidem non absque pertimescendæ offensæ periculo negliguntur.

De rerum custodia.

CAP. IIII.

Res quatenent, præcipuè libros, mundè teneant & honestè. A tactu libri nudam cohibeant manum: quæ licet munda, quia tamen porosa, ipsum facillè inficit & deturpat. Turpe est nudos paginarum marginibus imprimere digitos, vel ipsos, vel certè laternam super librum legendo deducere. Semper pânus, si adsit, digito supponatur. Alioquin ita cautè tangant & leniter, vt tangentes quasi non tangere videantur. Librum superflue apertum non teneant, vel incautè relinquunt. Firmacula, libro paululum stricto, si violentia laxentur, apponent: violentiam sonitus probat. Indignus est libro, qui negligit custodire. Solent incurij quidam, libros digitis, & vestes præcipuè in manicis mundè seruandas, sordibus & pulueribus, vel rebus quas tractant penè indifferenter exponere: ipsas verò extremae frequenter vilitati expositas, vix valent à sociorum cibo, vix ab altari, vix ab ipsis calicis mappulis prohibere. Qui ipsis placere sordibus cupiunt, custodiæ curam curiositatis condemnant infamia: suæque vitium incuriæ, virtutis specie colorate nituntur. Grauia hæc homini erudito. Qui munditia gaudet, honestatis pulchritudine delectatur.

Libri curiosè seruandi.

De

De profectu & defectu novitiorum, siue de
differentia conuersorum.

CAP. V.

Benorum
novitiorum
signa.

Nota.
Bern. ep. 90.
in med.

Prov. 10, 1

Sal. 33, 9

Ecol. 22, 3

Improbe-
rum indi-
cicia.

ACCEDIT hinc Neophytorum con-
uersio differens intuēda. Sunt enim qui-
dam tractabiles, simplices, deuoti, timorosi,
qui nihil sibi Christo charius æstimantes, vo-
luntates proprias ei sacrificāt, volūtariē prom-
pri ad nutum, nutu citius obedire. Ad difficultia
qualibet propter Christum æquanimiter per-
ferenda parati: sua quoque integritatis sollici-
ti, cor suum per puram confessionem & assi-
duam orationem mundare non negligunt.
Sunt in exteriori conuersatione disciplinati &
humiles; student se in omnibus officiosos &
amabiles exhibere. Siquidem studere propter
Deum amari, charitati seruire est.] Hi vero
sunt Altissimi filij, fideles sanctæ religionis
propagines, fratrum lætitia, consociorum sola-
tium, sui gloria instructoris: Nam gloria pa-
tris est filius sapiens. Sunt & alij duræ cervicis,
disciplinæ insusceptibiles, mansuescere ne-
scientes, repidi, curiosi, superbi: qui quam sua-
uis est Dominus, non gustantes, seculari dun-
taxat deposito habitu non affectu: quoniam
adhuc in moribus, in verbis, in gestibus, &
propriarum pertinaciā voluntatum, seculo fi-
dem seruant: vt monstro mirabilius sub reli-
giosa veste, hominem videas secularem. Hi
sunt filij dissidentia, adulterina plantatio, fru-
ctus inutiles & acerbi, sociorum onus & scan-
dalum, sui afflictio & confusio instructoris.
Iuxta illud, Ira patris filius stultus: & confusio
patris de filio indisciplinato. Ponenda sunt
pauca torporis, curiositatis & superbiæ, prædi-
ctorum indicia, vt cognita deuententur. Cau-
tior

tior

tior in bonis ambulat, si & mala non lateant.] Bern. 2 de consider. pess. med.
 Tepidus in conuersione otiosa verba, & vanas Isidor. de sum. bon. li. 2. c. 10. sens. 2. & Berno ad sororem de modo bene viuendi, c. 6.
 cogitationes noxias esse non conspicit.] Vir- Isidor. ubi sup. & Berno ubi sup.
 tibus grandibus, reliqua omnia vix reputat im-
 puranda: hebetati cordis ipse ad conscientiam
 de offensis, vt timoris filialis ignarus, timora-
 tos & conscientia puritatem amantes, fatuos
 & supersticiosos sententiat. Quod si à torpore
 mentis euigilauerit: ea quæ leuia existimabat,
 quasi horrèda atque atrocia pertimescit.] Va-
 cuus gratia & tepidus, quod est gratia, seu mi-
 nus necessariae rētionis, quod disciplina, quod
 morum, quod virtutis perfectio conciliat, ne-
 gligens: illud difficile, vel certè superfluum ar-
 bitratur, ægreque doctrinam ad talia patitur,
 doctorem nimis perfectum ironica irrisione
 pronuncians. Nempe stultus sui patris disci- Prov. 15, 5
 plinam irridet: vt pateat quod iuxta Sapien- Eccli. 21, 22
 tem dicitur: Compedes in pedibus stulto do- 1. Cor. 2, 14
 ctina. Animalis homo non percipit quæ sunt
 spiritus Dei.] Tepidus in conuersione remis-
 sus, publicos mores & doctoris monita negli-
 git, ea quæ Dei sunt læguidè operatur. Si quod
 inchoat bonum, vix perficit, tardè ad diuinum
 officium, & quæque conuentualia occurrit.
 Otio gaudet, labore vel modico læditur: &
 facile se infirmum vel ad modicum se fatiga-
 tum prærendit: sed & amore priuato se diligēs,
 quæ carnis sunt sapit & prosequitur ex affe-
 ctu. Aliorum quoque defectibus, non virtuti-
 bus hærens. Si quid minus vel negligenter
 actum inspexerit, illud in exemplum ad suæ
 velamen tepiditatis assumit. Ficta ei & inde-
 uota confessio: rara & breuis compunctio. In-
 sipida & sine attentione oratio, incircumspecta
 & sine ædificatione lectio: obedientia moro-
 sa & sine deuotionis affectu vix aliqualis im-
 pletio. Multos enim remissa conuersio in pri- Isidor. li. 2. de sum. bo. c. 10. sup. 20
 stinos

stinos errores reducit; ac viuendi corpore re-
 soluit:] vt nonnunquam ex ore Domini euo-
 mantur. Curiosus non curanda curat, necessa-
 ria negligit: & sui oblitus aliena considerat,
 notat, & explorat. Si quod insonuerit verbum,
 anhelat sollicitus ad sciendū: & honestate post-
 posita id ab inuitis & celare forsan volentibus,
 inuerecundè requirit. Locis sibi non concessis,
 congregationi, & colloctionibus fratrum se
 ingerit non vocatus. Cū cum abesse putave-
 ris, adest impudens lateri, adest auri: vt nec se-
 cretum valeas occultare sermonem. Obseruat
 angulos, vagis circunspicit oculis, hæret ad sin-
 gula quæ occurrunt. Cōmunes obsidet transi-
 tus. Superuenientium & forensium gaudet
 occurso. Rumoribus & secularibus verbis hau-
 riendis & referendis intendit. Res sibi non de-
 putatas curiosè reuoluere non quiescit. Lite-
 ras etiam alienas si casu apertas inueniat, in-
 spicere non veretur: quas tamen licet apertas
 quomodolibet inuentas, vix aliquis nisi supe-
 rior licitè inspicit, vel aliis inspiciendas expo-
 nit. Rerum quoque apparatus, cura superflua,
 curiositatis vitium clamat. Signa verò super-
 biae Prosper enumerans, Hos (inquit) dolendos
 enuncio, quos iam conuersos superbia occultè
 captiuat. Hi, ait, seniorum suorum non obser-
 uant imperata, sed iudicant de suis negligenti-
 is. Obiurgati aut rebellant insolenter, aut
 murmurant. Simpliciter spirituum fratrum
 irridenter exagitant, præferri se etiā me-
 lioribus impudenter affectāt. Obsequia delata
 fastidiunt, negata pertinaciter quærunt. Nata-
 les moribus anteponunt: iuniores suos elati
 despiciunt, conferri sibi aliquos non credunt.
 Non seruant in obsequio reuerentiam, in ser-
 mone modestiam, in moribus disciplinam: ha-
 bent in intentione pertinaciam, in corde du-
 ritiam,

Apoc. 3, 16

Litteræ
 alienæ nō
 legendæ.

Prosper l. 3.
 de vita cō-
 semp. c. 8.
 Signa su-
 perbiæ.

ritiam, in sermocinatione iactantiam. Sunt in humilitate fallaces, in iocatione mordaces, subiectionis impatientes, temerarij in audiendo, clamorosi in loquendo, fastidiosi in aduertendo, præsumptuosi in docendo, effrenati deformiter in cachinnando: hæc sunt (inferi) superbiæ grassantis iudicia.] Superbus se ad omnes propriæ voluntatis impulsus accommodat: nec se aliis, sed alios sibi applicare contendit: facillè sibi fieri contumeliam iudicat, ad quam irroganda est validus, ad tolerandam infirmus. Et se grande aliquid esse putans, deferre sociis dedignatur. Legibus subdi, & propriam recognoscere culpam erubescit. Et licet iuxta ordinis mores se regere nesciat, in suis oculis tamen sapiens & perfectus. Ad aliorum instructionem, suæ præsertim opinionis contrariam, stomachatur. Reprehensus offenditur. Nunc causam ut insufficientem vel friuolam, nunc monitoris modum calumnians: ut si persuadere aliquid velis, instabit quòd modus artem, monitio studium exigat: quo fit ut huiusmodi allegationum obsitus spinis, sicut ericius vel irrefragabili ratione vel auctoritate non capiatur. Fit igitur ad obtemperandum difficile, & ad correctionem impatiens, adeò interdum, ut se discipulum abnuens, ipsum etiam deputatum sibi refugiat instructorem. Hæc omnia serui Dei quasi pestem mortiferam detestantes, perfectè ad Dominum conuertantur: iuxta illud Deuteronomij: Perfectus eris Deut. 18. & sine macula cum Domino Deo tuo. Væ duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus viis.] Si quis verò sufficièter expectatus & monitus, mores corrigere, ac religionis formam induere negligit; præsertim si rebellis aut contentiosus extiterit: non est proficientium numero aggregandus. Infidelis si discedit, discedat. 1. Cor. 7, 29

H.

cedat.

114 S. BON. SPEC. DISCIP.
cedat, ne vna ovis morbida, cōtagione morti-
fera totum gregem contaminet. Peruersus &
insolens, non nisi in onus religionis & dissolu-
tionem admittitur.

De nouiter professis in ordine.

CAP. VI.

AD professionem admissis fit quā maxi-
ma cura, ne defluāt. Perfecti quique ma-
gna se discretionis subtilitate conspiciant, ne
ad deteriora vnquam vel in opere, vel in cogi-
tatione delabantur.] Si curare parua negligi-
mus, sensibilius seducti audenter etiam ma-
iora perpetramus. Susceptam etiam examinis
tempore disciplinam, prudens non abiicit, imò
nec suum continuò quasi iam sibi sufficiens
deserit instructorem. Eget rectore nouitius,
eget nouus directore professus. Vanus & fi-
ctus vt instructoris curam euaserit, insolens,
assumit cornua, fit præsumptuosus & audax,
& quasi vacca lasciuens à prima in formatione
declinat. Cessat oratio, tepet deuotio, confessio
peccatorum negligitur: vt putes eum aut sui
oblitum, aut non habere peccatum. Facit qui-
dem dilata confessio vt negligens mundus ap-
pareat, licet non existat; dum culpas absorbet
obliuio, absoluit. Multiplicantur dum non cu-
rantur offensa: multiplicatae ne discernantur
& corrigantur impediunt. Multitudo peccato-
rum impedit ne videantur. Vnde piger tunc
est maximè vitiosus, cum vitia non agnoscit.
Sic filia fatua in deminoratione erit: Iusto-
rum autem semita quasi lux splendens proce-
dit & crescit vsque ad perfectam diem.] Pro-
fessi ergo profiteantur profectum, præsum-
ptionem præscribāt. Dabit ad hoc, humilitatis
&

Greg. hom.
3. in Eze.

Rara con-
fessio quid
efficiat.

Ecclesi. 12, 3
Ierem. 4, 18

& paupertatis constantia perseverans affectum, & curarum abiectio terrenarum, exercitatio charitatis, & quæ complectitur omnia considerationis attentio. Summa religiosi virtus humilitas, quæ ipsum curat, perficit, & conservat. Sine humilitate nulla virtus, nulla perfectio aut acquiritur aut servatur. Virtutum siquidem bonum quoddam ac stabile fundamentum est humilitas. Nempe si nutet illa, virtutū aggregatio non est nisi ruina. Et quoniam ad humilitatem humiliatio via est: non erubescant humilia, nec humilitatis officia facile respuant; nec imposita recommendent. Omnis ab eis præsumptionis audacia proscribatur. Anterioribus fratribus in ordine deferant: ac semper eorum respectu se iuniores & novitios reputent. Ad exteriora, vel honoris alicuius officia, provehi non affectent. Multos propterea nimis promotio, à virtutum iam profectu per vitium elationis deiecit. Qui mundum deserunt (ait sanctus) ad exteriora officia provehi non debent, nisi per humilitatem diutius in eiusdem mundi contemptu solidentur. Et quia novorum & iuniorum tentatio solet esse facile superbire; nescire modum humilitatis servare; & si fortè in aliquo præsent, officij metas excedere; ac de minimis grandia iactare: attendant sibi super his vigilantiter. Non potest intimo conscientiae testimonio gloriari veraciter, nisi qui extrinsecas gloriolas perfecte respuerit.] Paupertas in omnibus placeat, ne iterum siue in libris siue in aliis rerum se velint sarcinulis onustare. Perfecta rerum abiectio, à cura expedit mentem, ab infectione affectum. Nemo in Christi expeditione liberior nil habente. Si aliquibus egeant, studeant parcitati. Super omnes divitias, diuitem facit paupertas. Hæc quoque in victu, & in his quæ carnis

Humilitas
summa virtus
religiosa.

ver. ep. 87.
in fine.

Propterea
promotio
à virtutum
deiecit profectum.
Gregor. l. 8.
moral. c. 33.
in princip.
Iuniorum
tentatio est
superbia.

ver. ep. 47.
ante med.

Paupertas
commendatur.

sunt maximè amplectenda. Non est euangelici pauperis gaudere superfluis, luxibus indulgere: & quod nec diuites possunt, semper velle in omnibus abundare, nec penuriam scire pati. Familiaritates superfluas fugiant. Esto (ait quidam) omnibus benignus; nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Et sanctus, Tria (inquit) religiosum quemlibet decent: pauca loqui, paucos habere familiares, & multum orare. Vbi multi familiares: ibi multæ locutiones, & sibi singulares. Si familiarem admittis, sit quem ætas, mores, discretio, & honestas insignit & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quædam in sancta familiaritate seueritas, est & iustitiæ rectitudo: vt nullatenus vitium fouearur, nec pro amico proximus offendatur. Noli (ait Sapiens) pro amico inimicus fieri proximo.] Secularium denique familiaritas indiscreta, religiosi quietem multipliciter inquietat. Nullius gratiam munusculis comparent. Si quid fortè alicui vel causa exacti necessaria (prius religionis lege licentia præobtentâ) obrulerint; honestas rei & vilitas pretij, religiosorum & pauperum xeniam esse probent. Non frequentent propinquos, nec exterioribus se implicent curis: sed salutis propriæ memores, agenda potius penitentia vacent. Non cadat à mente professio: sed semper ad quid venerint cogitèt. Pensent quod de quibusdam ait sanctus Gregorius: Sæpè (inquit) nonnulli aperta prauitatis vias deserunt, sanctitatis habitum sumunt: sed mox vt prima limina bene viuendi contigerint, oblitii quid fuerint, affligi iam per penitentiam de consummatis nequitiiis nolunt. Laudari de inchoata iustitia appetunt: præestiam cæteris melioribus concupiscunt. Et post

Phil. 4. 12.

Seneca lib. de 4. virtutibus, cap. Continentia. Obserua tria que religiosi decet.

Eccl. 6. 1.

Munusculis nullius gratia comparanda.

Lib. 8. moral. c. 32. in fine.

post pauca: In rebus (ait) multiplicibus occupati, atque ipsa occupatione confusi: nō solūm perpetrata minimè deplorant, sed adhuc quæ deplorentur exaggerant.] secundūm Apostolum: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.] De sancto legitur, quōd quanto magis se ab humanis curis & colloquiis sequestrabat, tanto illi vicinior & propinquior Deus erat. Viranda maximè colloquia mulierum. Non potest toto corde habitare cum Domino, qui mulierum accessibus copuletur. Charitatis obsequia libenter impendant. Caritas semper reddita, semper detinet debitorem. Hæc autem quomodo negetur amicis, quæ etiam debetur inimicis? Postquam vel orationi vacauerint, vel ad studium se dederint, ad seruiendum fratribus surgant: & si necesse fuerit, officiales nunc hunc nunc illum, discretè tamen & prout oportuerit iuuent: ut secundūm Apostolicam doctrinam & vitam, manibus suis laborantes quod bonum est, aliorum fratrum etiam corporaliter, si fieri potest, participantes laboribus, in charitatis semper exercentur operibus, & cibum corporis non absque labore comedant corporali: ut hæc sancta consuetudo ipsos in humilitate custodiat, in fraterna dilectione & omni perfectione cōfirmet. Qui communibus instant, suisque obsequiis alios portant, sunt corporali simul & spiritali suffragio supportadi. Meritò singuli pro his orant, qui pro communitate laborant. In spiritalibus bonis Martha participet cum Maria, quæ utique sunt sorores, & æqua sit pars descendens ad prælium & permanentis ad sarcinas, & æqualiter diuidat. Qui nobis corporaliter obsequuntur, iustè sortem in necessariis spiritaliter assequuntur. Rursum communitatis operibus,

ai. cōfess
2. Tim. 2. 4
Iohne Ab-
bate in vi-
tis Patrū,
lib. 1. c. 1.
circa medi-
Fratres la-
borantes
adiuuadi.
1. Tess. 4. 11
Luc. 10. 39
1. Reg. 30.
24.
Communitatis
opera omni-
bus pra-
ferenda.

ange-
ndul-
t velle
re pa-
o (ait
ndus,
ctus,
ecent:
mul-
æ lo-
arem
& ho-
itas si
pue-
liari-
nul-
roxii-
mico-
ique
mul-
nuf-
ausa
e li-
ei &
i xe-
pin-
sed
per-
fesi-
pen-
ego-
tatis
sed
ge-
eni-
ant.
esse
Et
post



1. Cor. 13, 5

Aug. reg.
sap. 24.Finis pro-
fessionis
nostræ
Deus, ad
quem ve-
nitur mē-
tis purita-
te.*poriè leg.
Qui si cō-
temptum
mundi,
corde fi-
xum.

2. Cor. 13, 5

Puritas
mentis
studiosè
sectanda.

ribus, familiaria nemo præponat. Caritas (de qua scriptum est) non quærit quæ sua sunt: sic intelligitur, quæ communia propriis, nõ propria communibus anteponit.] Considerationi denique ante omnia & in omnibus vigilandũ, quæ ad finem & directionem attendit. Finis ad quem nostra tendit professio, regnum Dei vel potius ipse Deus. Directio qua illic tenditur, mentis est puritas, ad ipsum principaliter directiva. Hærendum iugiter his duobus. Necessè est enim mentem considerare quò recurrat, cuique principaliter inhæreat. Non hærentem enim per singulas horas atque momenta pro incursum varietate mutari, atque ex his quæ extrinsecus accidunt in illum statum reformari, qui primus occurrerit necessè est. Hinc est, quòd multos pro Christi amore maxima contemnent, pristinum tamen affectum in minimis retinentes pro graphio videmus, acu vel calamo commoueri. Irascuntur mobiliter & instantur, velut qui non habent Apostolicam charitatem. Qui si contemplationem mundi cordis fixam tenerent; nunquam pro paruis rebus admitterent, quod ne pro magnis ac pretiosis incurrerent opibus, easdem penitus abiicere maluerunt. Vnde liquet perfectionem non statim facultatum seu dignitatũ abiectione contingi, vbi non fuerit charitas illa, cuius Apostolus mēbra describit, quæ in sola cordis puritate consistit. Nam quid est non æmulari, non instari, non irritari, & reliqua: nisi cor perfectum atque mundissimum Deo offerre & intactum, à cunctis perturbationibus custodire? Quidquid ergo nos ad hanc puritatem potest dingere, tota virtute sectandum est. Quicquid autem ab hac potest retrahere, quamuis necessariũ & vtile videatur, vt perniciosum & noxium vitandum.

Sine

Sine via tendentibus, labor est itineris nō profectus. Operantur & seruant quā maximē puritatē, perfecta humilitas & expeditio mentis à terrenis. Erit denique vt purus animus pura Deum oratione frequentet, frequentando gustet, gustando probet quā suavis est Dominus. Erit denique vt diuino inebriatus amore, totam in Deum considerationem inflectat: toto in ipsum desiderio pergat: nil ei sit dulcius, nihil iucundius in hac vita, quā vācare & videre quoniam ipse est Deus, quod est in partibus considerationis potissimum. Affecta sic anima comprehendit, complectitur & stringit, & tenet, dicēs: Tenui eum, nec dimittam. Puritas itaque via est regia, per quam ad sponsi amplexus, per quam tādē ad patriam peruenitur. Per hanc tandem veri Israëlitaē de virtute in virtutem donec videatur Deus deorum in Sion, desiderij gressu indeclinabili gradiuntur: Christum super omnia diligunt: nihil eius amori præponunt in via, quem habituri sunt mercedem in patria. Et nunc ego, qui licet admodum imperfectus & rudis, per obedientiam tamē erudiendis simplicibus aliqua hæc documēta congeffi, pulchriū depingēs hominem, pictor fœdus: eos supplex per Dominum obsecro, vt me sibi & si minūs proficuum, tamen beneuolum attendentes, in orationibus suis mei meminerint peccatoris: quatenus eis orationibus meorum veniam peccatorum affecurus, in potentias Domini, vnā cum eis merear introire, ipso misericordiarum Domino id præstante, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit Speculum discipline ad novitios S. Bonaventura.